



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 173. An mercator licetè possit admiscere merci substantiam alienam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42561

tuto, hinc verius putat *Castrop.* cum *Rebell.* & aliis in utroque casu te teneri restituere, nam idem pretium nequit esse justum & injustum respectu diversorum, sed respectu illorum, quod rumoris sunt causa, est injustum, ergo etiam respectu aliorum: & ratio à priori est, quia pretium, quod falsis & iniquis rumoribus introducitur, non est voluntariè à Rep. constitutum nec approbatum, ergo simpliciter est iniquum.

956 §. 4. Si tantum dices, aut etiam jurares rem tibi pluris constare, te pluris vendidisse alio te non posse vendere minoris &c., quamvis mens sic inducatur ad plus dandum, non obligatio restituendi, quia licet peccent sic mentientes aut jurantes, tamen satis notum est talis solere communiter dici ab illis, quamvis vero non sint, unde sibi imputet, qui credit, ita *Rebell.* & *Castrop.*

957 Q. 173. An mercator licite possit merci ad misse re substantiam alienam, v.g. piperi juniperos, ^{int} picem. R. Poteat, dummodo etiam proportionatè remittat de pretio, & merx idonea maneat ad consuetum usum, nec reddatur deterior quam illa, quæ simili pretio venditur ab aliis, ita *Mol. Laym. Spor.* aliquie 12. apud *Mendo* d. 3. n. 17. Addunt *Leff. & Lop.*, si materia secundum se deterior ita per industriam admisceatur, ut res melius temperetur, posse vendi consueto pretio, contradicunt tamen recte pro praxi *Castrop.* d. 5. p. 6. n. 5. & p. 22. n. 4. aliquie cum *Mendo* n. 22., quia sic daretur occasio injuriis, quisque enim facilè judicaret rem suam non obstante mixtione manere æquè bonam, aut fieri meliorem; specialiter autem de vino aquâ mixto dicunt

dicunt id absolutè non licere *Tambur*: aliiq; multi cum *Spor.* n. 80., quia vinum in se semper redditur deterius citiusque aescit, & admiscere poterit emens, si temperari expediat; itaque non aqua sed vinum vilius erit admiscendum, ut ad commune fori vinum accedat; hoc tamen non obstante docet ex *Robello Laym.* l. 3. t. 4. c. 17. n. 15. te posse facere admixtionem etiam aquæ ad vinum, si aliter non possis obtinere justum pretium, aut si Magistratus injustè taxarit illius pretium. Addunt, Pistoris facere posse panes minoris ponderis, si alioquin justum pretium secundum Magistratus taxationem consequi non possint, sed rectè notat *Castrop.* p. 22. n. 5. non esse facilè præsumendam illam iniquitatem Magistratum, qui justè taxant pretium, prout communitati expedit, licet fortè privatus per accidentem patiatur damnum, quod aliâ vice facilè compensabitur majore lucro.

Q. 174. An licitum sit vendere in fraudem Creditorum, quibus re venditâ non poteris solvere, quod debes. R. Non est licitum, si retentâ re, quam vendis, poteras lucrari, aut te reddere potentem ad solvendum, uti constat ex dictis n. 428.; immo quamvis talis venditio sit valida, si facta sit nescienti, tamen si scienti sit facta, rescindi potest à Creditoribus, etiam non restituto pretio, uti iura statuunt; si tamen non rescindant intra annum, *P. Nav. Mol. & Less.* dicunt ementem etiam in conscientia esse tutum, sed negant communis alii cum *Nav.* & *Laym.*, estque sententia utraque probabilis teste *Spor.* n. 88.

Q. 175. An ille, qui emit rem hypothecatam, id est, ad debita obligatam, teneatur hæc debita solvere. R. Communis sententia affirmat, quia res transit ad

Tom. III.

Pp 1

empto-

958

959